Skobla Fryderyka.

FARMAKOPEJA

DLA

SZPITALÓW

KRAKOWSKICH.

Książnicy

Uniwersytetu Jagiellońskiego

ofiaruje

Autor.

PROJEKT
DO
FARMAKOPEI
DLA SZPITALÓW
Wolnego Miasta Krakowa

PODANY PRZEZ

Prof. Dra *Frederyka Skobla.*

W KRAKOWIE

W DRUKARNI UNIWERSYTECKIÉJ

1842.

Osobne odbicie z V Tomu Rocznika Wydziału lekarskiego.

Nicht die Menge, sondern die Kraft und passende Auswahl der Mittel, macht die Kur.

HUFELAND Armen-Pharmakopoe.

Viele Aerzte nehmen keine Rücksicht auf Sparsamkeit, wenn sie auf Kosten des Staates oder einer Commune Kranke behandeln; denn sie glauben dann recht ohne alle Einschränkung beim Verschreiben gleichsam schwelgen zu können. Es dürfte daher wohl als nothwendig erscheinen, wenn der Handlungsweise aller Aerzte, welche Arme behandeln, eben so wie den ärztlichen Beamten, vernünftige Grenzen gesetzt und sie von einer Behörde controlirt würden.

A. L. RICHTER Arznei-Verschwendung.

Wydział lekarski w Uniwersytecie Jagiellońskim, wezwany od Dozoru głównego Szpitalów krakowskich, o ułożenie dla nich Farmakopei: poruczył mi tę pracę (¹). Dla lepszego jednak ocenienia takowéj, dodać tu muszę, iż przed jéj rozpoczęciem zapytałem Wydziału: czy Farmakopeja w mowie będąca, ma

(¹) Por. czynności Wydziału lek. z roku 18$\frac{41}{42}$.

być tego rodzaju, iżby lekarzom ordynującym pod żadnym pozorem granic jéj przekraczać, żadnych innych leków, prócz tych, które się w niéj znajdują, nie nie wolno było przepisywać? czyli téż, jak to w szpitalach wojskowych pruskich dozwolono: lekarze zwykle poprzestać winni na środkach, wykazem leków, przez władzę wyższą przepisanym, objętych; w nadzwyczajnych jednak wypadkach, gdyby tego niezbędną widzieli potrzebę, mogą każde inne przepisać lekarstwo, byleby się tylko z tego w księdze ordynacyi wytłumaczyli? Albowiem w piérwszym razie, żeby chorzy na tém nie ciérpieli, taka Farmakopeja nie równie lepiéj uposażoną być musi, jak w drugim.— Wydział, po zastanowieniu się nad tym przedmiotem, większością głosów skłonił się do zdania piérwszego, oraz przyjął jednomyślnie mój wniosek, żeby ta Farmakopeja, dla korzystania z postępów nauk lekarskich, co trzy lata starannie przeglądana, i jeśli tego zajdzie potrzeba, poprawianą była.

W kraju W. M. Krakowa już od dawna obowięzuje lekowzór pruski. Gdy jednak po r. 1827 nowy nie wyszedł, a odtąd nie jedno ważne lekarstwo weszło w użycie, jak np. kreosot, jodniki rtęciowe i niektóre inne: przeto oprócz przepisów lekarstw złożonych, trzeba było także wskazać sposoby przyrządzania leków, dziś powszechnie za nader skuteczne poczytanych, nie znajdujących się jednak

w przedawnionéj już Farmakopei pruskiéj ([2]). Przepisy te wyjęłem z wybornéj Farmakopei badeńskiéj, w roku 1841 wydanéj. Co się zaś innych dotyczy, czytelnik obeznany z literaturą lekowzorów dla wojska, dla szpitalów, lub wreszcie dla ubogich ułożonych, łatwo pozna, co z nich powzięłem, a co moją jest własnością.

CAPUT PRIMUM.

Medicamenta cruda et praeparata, simplicia et composita, in usum nosocomiorum cracoviensium.

Acetum crudum (*ne praescribatur ex officinis ad suffiendum*).
„ plumbicum (*A. saturninum*).
Acidum arseniosum (*Arsenicum album*).
„ muriaticum crudum.
„ „ purum.
„ nitricum crudum.
„ „ purum.
„ pyroxylicum (*pyrolignosum*) crudum. *Ph. nos.*
„ sulphuricum concentratum crudum.
„ „ „ purum.
„ „ dilutum.
„ tartaricum.
Adeps suillus recens.

([2]) Nowe jej wydanie przygotowuje obecnie Kommissya ku temu przez rząd wyznaczona.

Aether sulphuricus.

Aloë lucida.

Alumen crudum.

" ustum.

Ammoniacum purum.

Ammonium carbonicum.

" muriaticum purum.

" " ferratum.

Amygdalae dulces degluptae.

" amarae.

Amylum.

*Aqua amygdalarum amararum.

" calcis.

" chlorata. *(A. oxymuriatica)*.

" creosotata. *Ph. nos.*

" destillata simplex.

" foeniculi. *Ph. nos.*

" juniperi. " "

" menthae piperitae. *Ph. nos.*

" phagedaenica.

Argentum nitricum crystallinum. *(Tantum ad ung. ophthalm.* GUTHRII *recipiendum)*.

" " fusum *(Lapis infernalis)*.

Asa foetida pura.

Bacae iuniperi.

Balsamum copaivae.

Baryum chloratum *(Baryta muriatica)*.

Bismuthum subnitricum (*Magisterium bismuthi*).
Calx chlorata.
" usta.
Camphora.
Cantharides.
Carbo praeparatus.
Caryophylli.
Cassia cinnamomea.
Catechu.
Caules dulcamarae.
Cera flava.
Cereoli simplices.
Cerussa.
Chinoidinum (*Chinium crudum*). *Ph. nos.*
Cinnabaris praeparata.
Clysma ex amylo. } *Ph. nos.*
" foetidum. } *Ph. nos.*
" ex foliis nicotianae. } *Ph. nos.*
" purgans. } *Ph. nos.*
Collyrium e cupro aluminato. } *Ph. nos.*
" ex hydrargyro bichlorato. } *Ph. nos.*
" e zinco sulphurico. } *Ph. nos.*
Colophonium.
Conchae praeparatae.
Cort. cascarillae.
" chinae regius.
" hippocastani.

Cort. mezerei.
„ quercus.
„ salicis.
Creosotum. *Ph. nos.*
Cubebae.
Cuprum aluminatum (*Lapis divinus*).
„ sulphuricum.
Decoctum allioticum.
„ caul. dulcamarae.
„ cort. chinae.
„ „ „ cum acido muriatico paratum.
„ „ mezerei.
„ „ quercus.
„ „ salicis cum acoro.
„ fol. uvae ursi.
„ hbae conii. } *Ph. nos.*
„ „ gratiolae.
„ „ violae tricoloris.
„ hordei.
„ lichenis islandici.
„ lignorum.
„ malthi.
„ rad. althaeae.
„ „ colombo.
„ „ graminis.
„ „ hellebori (nigri).

Decoctum rad. salep. } *Ph. nos.*
„ „ taraxaci.
„ sem. lini.
„ „ „ cum Kali nitrico.

Electuarium anthelminticum. *Ph. nos.*
„ e senna. *Ph. nos.*

Elixirium e succo glycyrrhizae. *Ph. nos.*

Emplastrum adhaesivum. *Ph. nos.*
„ cantharidum commune (*E. vesicatorium ordinarium*).
„ cerussae (*E. album coctum*).
„ hydrargyri.
„ lithargyri compositum (*E. diachylon comp.*).
„ „ simplex („ *simpl.*).
„ stibiatum. *Ph. nos.*

Emulsio cannabina. *Ph. nos.*
„ papaverea „ „

Extractum absinthii.
„ aconiti.
„ belladonnae.
„ chelidonii.
„ filicis aethereum.
„ hyoscyami.
„ pulsatillae.
„ trifolii.

Farina hordei praeparata.
„ secalina.

Fel tauri inspissatum.
Ferrum cyanatum (*F. hydrocyanicum*). *Ph. nos.*
„ oxydatum fuscum.
„ „ hydratum. *Ph. nos.*
„ sulphuricum crystallinum purum.
„ „ „ venale.
Flores arnicae.
„ chamomillae vulgaris.
„ sambuci.
„ sulphuris.
Folia farfarae.
„ nicotianae.
„ sennae.
„ uvae ursi.
„ vincae pervincae.
Furfures triticei.
Galbanum purum.
Gargarisma boraxatum. *Ph. nos.*
Glandes quernae tostae.
Gummi mimosae.
Gutti.
Herba absinthii.
„ cardui benedicti.
„ conii maculati.
„ digitalis.
„ gratiolae.
„ hyoscyami.

Herba melissae.
„ menthae piperitae.
„ millefolii florida.
„ sabinae.
„ salviae.
„ serpylli.
„ tanaceti florida.
„ trifolii.
„ violae tricoloris.

Hirudines.

Hydrargyrum ammoniato-muriaticum.
„ bichloratum (*H. muriaticum corrosivum*).
„ chloratum (*H.* „ *mite*).
„ biiodatum (*H. iodatum rubrum*). *Ph. nos.*
„ iodatum (*H.* „ *flavum*) „ „
„ oxydatum rubrum.
„ stibiato-sulphuratum (*Aethiops antimonialis*).

Infusum bacarum iuniperi.
„ flor. arnicae.
„ „ chamomillae.
„ „ sambuci.
„ fol. sennae compositum. } *Ph. nos.*
„ hbae absinthii.
„ „ cardui benedicti.
„ „ menthae piperitae.
„ „ millefolii.

Infusum hbae salviae.
„ „ trifolii.
„ rad. angelicae.
„ „ acori calami.
„ „ senegae. — *Ph. nos.*
„ „ valerianae.
„ sem. phellandrii.
„ specierum pectoralium.

Iodum.
Kali bitartaricum purum (*Tartarus depuratus*).
„ carbonicum crudum.
„ „ purum (*e cineribus clavellatis*).
„ causticum fusum (*Lapis causticus chirurgorum*).
„ nitricum crudum.
„ „ purum.
„ sulphuricum.
„ tartaricum stibiatum (*Tartarus stibiatus*).
Kalium iodatum (*Kali hydriodicum*).
„ sulphuratum ad balnea.
Lichen islandicus.
Lignum guaiaci discobinatum.
Linimentum ex aqua calcis. *Ph. nos.*
„ ammoniatum (*L. volatile*). *Ph. nos.*
„ ammoniato-camphoratum. *Ph. nos.*
Liquor ammonii acetici. *Ph. nos.*
„ „ anisatus.
„ „ caustici.

Liquor antimetrorrhagicus.
„ belladonnae cyanicus.
„ calcis chloratae.
„ causticus.
„ discutiens.
„ kali acetici. *Ph. nos.*
„ „ tartarici stibiati.
„ kalii iodati.
„ natri arseniosi.
„ „ sulphurici.
„ plumbi acetici.

(Liquor antimetrorrhagicus … plumbi acetici: all *Ph. nos.*)

Lithargyrum.
Magnesia carbonica.
„ sulphurica.
Malthum hordei.
Mel boraxatum. *Ph. nos.*
„ commune.
„ despumatum.
Mixtura sulphurico-acida (*Elixirium acidum* Halleri).
Morphium aceticum.
Mucilago cydoniorum. *Ph. nos.*
„ salep.
Natrium chloratum (*Natrum muriaticum*). (*ne praescribatur ex officinis*).
Natrum bicarbonicum.
„ boracicum (*Borax*).

Natrum carbonicum siccum.
„ sulphuricum crystallinum.
Nuces vomicae.
Oleum anisi.
„ (bacarum) iuniperi.
„ camphoratum. *Ph. nos.*
„ crotonis tiglii (*tantum ad parandum oleum ricini artificiale recipiendum*).
„ foeniculi.
„ iecoris aselli.
„ lini.
„ menthae piperitae.
„ olivarum commune.
„ rapae.
„ ricini artificiale. *Ph. nos.*
„ rorismarini.
„ terebinthinae.
Opium.
Ova gallinarum.
Oxymel scillinum.
Pilulae ex ammoniaco.
„ „ asa foetida.
„ „ ferro carbonico.
„ guaiacinae.
„ ex hydrargyro bichlorato.
„ „ „ chlorato.
„ „ „ oxydato rubro.

(Pilulae ex ammoniaco … oxydato rubro: *Ph. nos.*)

Pilulae opiatae. *Ph. nos.*

Pix liquida.

Placenta sem. lini (*ne praescribatur ex officinis*).

Plumbum aceticum crudum.

„ „ purum.

Potio ex ammonio muriatico simplex.

„ „ „ „ stibiata.

„ analeptica.

„ diaphoretica.

„ e kali nitrico.

„ sulphurico-acida.

} *Ph. nos.*

Pulvis ex acido tartarico.

„ aërophorus.

„ anthaemorrhoidalis.

„ antiphlogisticus.

„ camphoratus.

„ chinae cum cinnamomo.

„ glycyrrhizae compositus.

„ gummosus.

} *Ph. nos.*

Pulvis ex hydrargyro chlorato cum sulphure stibiato luteo. *Ph. nos.*

„ ex hydrargyro chlorato cum ialapa. *Ph. nos.*

„ „ hyoscyamo cum sulphure stibiato luteo. *Ph. nos.*

„ ipecacuanhae opiatus (*Pulvis* Doweri). *Ph. nos.*

„ „ stibiatus. *Ph. nos.*

„ e kali tartarico stibiato. *Ph. nos.*

Pulvis magnesiae cum rheo. *Ph. nos.*
„ rhei compositus. „ „
„ scillae cum natro carbonico. *Ph. nos.*
„ senegae gummosus. „ „
„ succi glycyrrhizae.
Putamina iuglandium.
Radices acori calami.
„ althaeae.
„ angelicae.
„ artemisiae vulgaris.
„ bardanae.
„ caricis arenariae.
„ cichorei.
„ colombo.
„ filicis maris.
„ glycyrrhizae.
„ graminis.
„ hellebori (nigri).
„ ialapae.
„ ipecacuanhae.
„ levistici.
„ ononidis.
„ rhei (chinensis).
„ salep.
„ scillae.
„ senegae.
„ taraxaci.

Radices tormentillae.
„ valerianae.
„ veratri (*R. hellebori albi*).
„ zingiberis.
Resina guaiaci nativa.
„ pini burgundica.
Saccharum album.
„ aluminatum.
„ crudum.
Sapo domesticus.
„ hispanicus.
„ medicatus.
„ niger.
„ terebinthinatus (*Balsamum vitae externum*).
Saturamen kali carbonici *Ph. nos.*
Sebum ovillum.
Secale cornutum.
Semina anisi vulgaris.
„ cannabis.
„ cinae.
„ cydoniorum.
„ foeniculi.
„ hyoscyami.
„ lini.
„ lycopodii.
„ papaveris.
„ phellandrii.

Semina sinapis nigrae.
„ stramonii.
„ tanaceti.
Sinapismus. | *Ph. nos.*
Solutio succi glycyrrhizae. | *Ph. nos.*
Species aromaticae. | *Ph. nos.*
„ ad decoctum lignorum. | *Ph. nos.*
„ „ infusum pectorale. | *Ph. nos.*
Spiritus frumenti rectificatissimus.
„ „ rectificatus.
„ muriatico-aethereus.
„ saponatus *Ph. nos.*
„ sulphurico-aethereus.
Spongia gummata. *Ph. nos.*
„ marina.
Stibium sulphuratum nigrum laevigatum.
Strychnium nitricum.
Succus glycyrrhizae crudus.
Suffitiones chlori *Ph. nos.*
Sulphur purum (*Flores sulphuris loti*).
„ praecipitatum (*Lac sulphuris*).
„ stibiatum luteum (*S. st. aurantiacum*).
Syrupus communis.
Terebinthina.
Tinctura acori calami.
„ cantharidum.
„ cinnamomi.

Tinctura colchici (*e seminibus*).
„ colocynthidum.
„ digitalis (simplex).
„ diuretica. *Ph. nos.*
„ iodi.
„ myrrhae.
„ opii crocata.
„ „ simplex.
Turiones pini.
Unguentum antipsoricum britannicum. *Ph. nos.*
„ basilicum.
„ cantharidum. *Ph. nos.*
„ cerussae.
„ hydrargyri ammoniato-muriatici. *Ph. nos.*
„ „ cinereum.
„ irritans cum hydrargyro. *Ph. nos.*
„ kalii iodati. *Ph. nos.*
„ ophthalmicum Guthrii. *Ph. nos.*
„ „ (rubrum) Rustii. *Ph. nos.*
„ picis liquidae. *Ph. nos.*
„ plumbicum (*U. saturninum*).
„ roris marini compositum. *Ph. nos.*
„ simplex. *Ph. nos.*
„ sulphuratum compositum.
„ sulphurato-kalinum. *Ph. nos.*
„ sulphurato-saponatum. *Ph. nos.*
„ tartari stibiati.

Vinum gallicum album. (*ne praescribatur ex officinis*).
„ malacense (*tantum ad tincturam opii crocatam et ad vinum stibiatum recipiendum*).
„ stibiatum.
Zincum chloratum.
„ oxydatum album.
„ sulphuricum.

CAPUT ALTERUM.

Formulae pharmacopoeiae nosocomialis cracoviensis.

Acidum pyroxylicum.

Rp. Ligni sicci fagini (carpinei, tiliaginei vel querni) tessellatim concisi q. v. Immitte in retortam ferream. Adaptato ei excipulo tubulato, destilla ad ignem apertum, donec lignum in retorta omnino in carbonem conversum non fuerit. Liquorem elicitum, separata pice liquida, per aliquot hebdomadas aëri in vasis apertis expone, dein cola et serva.

Liquor est fuscus, peracidus, empyreumaticus: acetum lignorum empyreumaticum crudum officinarum et mercaturae. E retorta vitrea in balneo arenae destillatum, donec dodrans elicitus fuerit, acidum pyroxylicum rectificatum prodit, quod liquor est aceto lignorum crudo persimilis, coloris tamen clarioris, subfusci, odoris minus molesti.

Aqua creosotata.

Rp. Aquae destillatae simpl. selibram.
Creosoti semidrachmam.
Liquorem colatum serva in vase firmiter obturato.

Aqua foeniculi.

Rp. Sacchari albi (in pulverem redacti) drachmam,
Olei foeniculi gutt. tres.
Misce exacte et solve in
Aquae communis unc. octo.
Eodem modo parentur

Aqua iuniperi et
Aqua menthae piperitae.

Chinoidinum.

Rp. Muriam chinii sulphurici, quae evaporando, non amplius chinium crystallinum praebet. Dilue aqua, quamdiu sedimentum nigrum, resinosum secernitur; dein cola et liquori pellucido tamdiu admisce solutionem kali vel natri carbonici crudi, quamdiu aliquid e liquore subsidit. Tum sedimentum ablue aqua frigida, exsicca in balneo aquae et effunde in cistulas.

Materia ista, quae chinio, cinchonio et quadam resina constat, fusca est, nitida, paullum pellucida, colophonio similis, fragilis et friabilis; contrita pulverem exhibet fulvum, saporemque habet amarissimum chinii proprium. In aqua plane non liquescit, pro

parte solum in aethere diffluit, omnino vero et facile dissolvitur a spiritu vini acidisque dilutis; quamobrem commodissime propinatur aegrotis ex illo (forma tincturae alcoholicae) item e vino acidulo. — Bonum igitur chinoidinum ea esse debet forma atque specie, quam supra descripsimus; in alcohole et in acido sulphurico omnino diffluat, neque liquores isti ab aëre hydrothionico turbentur necesse est.

Clysma ex amylo.

Rp. Amyli semunciam.
Solve in
Aquae comm. ferventis selibra.
S. Ad duo clysmata.

Clysma foetidum.

Rp. Asae foetidae drachmam.
Subige
Vitello ovi unius.
Tum affunde
Infusi rad. valerianae selibram.
Misce.

Clysma e foliis nicotianae.

Rp. Fol. nicotianae drachmam.
Coque ex
Aquae comm. sesquilibra, donec remanserit liquoris colati libra.
S. Ad tria clysmata.

Clysma purgans.

Rp. Natrii chlorati semunciam.
Solve in
Aquae comm. selibra.
Adde
Aceti crudi unc. duas.
Misce.

Collyrium e cupro aluminato.

Rp. Cupri aluminati gr. sex,
Aquae destill. simpl. unc. tres,
Aceti plumbici gutt. decem,
Tinct. opii crocatae gutt. viginti.
Misce.

Collyrium ex hydrargyro bichlorato.

Rp. Hydrargyri bichlorati semigranum,
Aquae destill. simpl. unc. tres,
Mucil. gummi mimosae drachmam,
Tinct. opii crocatae gutt. viginti.
Misce.

Collyrium e zinco sulphurico.

Rp. Zinci sulphurici gr. tria,
Aquae destill. simpl. unc. tres,
Tinct. opii crocatae gutt. decem.
Misce.

Creosotum.

Rp. Picis liquidae communis q. v. Caute destillentur ex illa, quamdiu fieri potest, materiae volatiles.

Ne autem massa in retorta aduratur, cave. Liquor, destillando elicitus, circiter 50-60 partes centesimas pondo picis adhibitae, duos aut potius tres exhibet liquores varii ponderis proprii (specifici); quorum gravissimum, ideoque imum, iterum destilla cautissime. Separa liquoris destillati partes priores, quamdiu aqua leviores, huic innatant, easque reiice, utut eupion potissimum continentes. Quae autem sequitur, liquoris destillati partem, aqua graviorem collige, donec vehementior ignis ardor paraffini vapores albiceros expellat, destillationis finem indicant.

Dein liquor ille destillatus, aqua gravior, calefiat oportet, ipsique inter agitandum sensim immisce kali carbonicum, quousque ille effervescit et donec kalinam receperit naturam. Tum sepone liquorem, ut postquam defervuit, oleum a lixivia salina secernatur.

Oleum istud secretum, denuo, prouti supra praecepimus, destilletur; eupion, aqua levius, in destillationis initio prodiens, separetur, et picamarum, aliaque ut remaneant in retorta, cavendum, ne destillatio ad siccitatem usque producatur. Cave porro, ne oleum parietibus retortae adhaereat et adustum fuscetur.

Liquor destillatus aqua gravior, collectus, solvatur in lixivia kali caustici, pond. spec. 1, 12 et reiiciantur res alienae, in lixivia indissolubiles. Liquor iste kalinus, eousque calefactus, donec effer-

vuerit, attracto ex aëre communi oxygenio, fuscus fit, isque, ut hocce commode haurire queat, in vase aperto defervescere debet.

Tum liquorem commisce cum acido sulphurico, ut oleum solutum iterum a kali secernatur. Oleo secreto, aqua remisto, adde tantum lixiviae causticae, ut liquor ille naturam accipiat kalinam; quo facto, destilla eum e retorta tubulata. Aquam cum oleo destillatam, in retortam saepius refunde, ita ut oleum semper cum aqua destilletur, idemque in retorta semper aqua mistum sit.

Destillatio pergat, quamdiu cum aqua bulliente, oleum elicitur. Quae in retorta remansit massa unguinosa, e picamaro constans, quadam materia fusca, kali sulphurico al., reiiciatur necesse est.

Oleum autem destillatum, ab aqua destillata secretum, denuo in lixivia caustica solvatur, oleumque in liquore innatans, indissolubile, effundatur. Liquor ille, aëre admisso, eousque calefactus, donec effervuerit, fuscumque acceperit colorem, commisceatur cum acido sulphurico, oleum secretum abluatur, dein, quemadmodum supra docuimus, destilletur cum aqua, eupion abiiciatur, oleum destillatum aqua gravius, in lixivia caustica dissolvatur atque opera descripta tamdiu repetatur, donec oxygenium aëris communis, oleum in kali solutum non amplius fuscat, ipsumque in lixivia omnino diffluit.

Tum liquorem istum kalinum remisce acido phosphorico, ut creosotum secernat, ipsumque aqua ablutum destilla, ea aqua, quae in excipulum transiit, non amplius in retortam refusa. — Creosotum ita expurgatum, serva in vasis bene obturatis, a lucis accessu probe defensis.

Liquor est decolor, clarus, oleo similis, dum aër 20° C. coloris exhibet, ponderis spec. 1,037, odoris gravis, saporis acerrimi; in charta maculam effingit, mox evanescentem. Bullit, ubi ad 203° C. provectus est. Calefactus, facile exardescit, fumatque; exustus nil plane relinquit. Colorem chartae, succo crotonis tinctorii imbutae non mutat. Solvitur in octuplo aquae 20° C. caloris exhibentis; aqua vero decuplo creosoti indiget (aetheris ad instar), ut in hocce solvatur. Alcohol, acidum aceticum, quod pond. spec. 1,07 habet, item aether sulphuricus, petroleum, eupion, aether aceticus, cum qualibet portione creosoti commisceri possunt. Facile liquescunt etiam in eo olea, et unguinosa et odora, variae resinae, sulphur, phosphorus, cuprum oxydatum, varia acida organica, materiae kaliodeae (vulgo alkaloida), variique sales. — Acida diluta solvunt creosotum. Cum corporibus kalinis creosotum chemice coniungi potest.

Decoctum allioticum.

(*pro decocto* Zittmanni).

Rp. Lig. guaiaci discobinati unciam,

Rad. caricis arenar. conc. unc. duas,

Aquae ferventis libras tres.

Digere per horas 12; tum coque ex eadem aqua, ut triens remaneat. In fine coctionis adde

Fol. sennae drach. duas,

Sem. foeniculi cont. drachmam,

Rad. glycyrrhizae conc. semunciam.

Digere per quadrantem horae, dein cola et exhibe.

Decoctum caulium dulcamarae.

Rp. Caul. dulcamarae unciam,

Aquae ferv. libras duas.

Dig. per horam; tum coque ex eadem aqua, donec remanserint liquoris colati unc. sedecim.

Decoctum cort. chinae.

Rp. Cort. chinae regii cont. unciam,

Aquae comm. unc. sedecim.

Coque leniter, donec rem. liq. col. unc. octo, retrimentis insuper valide expressis.

Decoctum cort. chinae cum acido muriatico paratum.

Rp. Cort. chinae regii cont. unciam.

In ollam fictilem immissae, affunde

Aquae ferv. unc. quatuor,

Acidi muriatici drach. duas.

Bene mixtis, macera per noctem. Tum adde

Aquae ferv. unc. viginti

et coque leniter, donec unc. octo e toto restent.

Nota. Chinii muriatici circiter grana quindecim continet.

Decoctum cort. mezerei.

Rp. Cort. mezerei conc. semidrachmam,
Aquae comm. sesquilibram.
Coque leniter, donec rem. liq. col. libra; cui adde
Solutionis succi glycyrrhizae drach. duas.
Misce.

Decoctum cort. quercus.

Rp. Cort. quernei, minutatim consecati unc. duas,
Aquae comm. libras duas.
Coque leniter, donec rem. liq. col. libra, retrimentis insuper fortiter expressis.

Decoctum cort. salicis cum acoro.

Rp. Cort. salignei conc. unciam,
Aquae comm. unc. novem.
Coque leniter, donec rem. liq. col. unc. sex.
Refrigerato adde
Tinct. acori calami drach. duas.
Misce.

Decoctum fol. uvae ursi.

Rp. Fol. uvae ursi semunciam,
Aquae comm. unc. novem.
Coque leniter, donec rem. liq. col. unc. sex.

Decoctum hbae conii.

(*ad usum externum*).

Rp. Hbae conii unciam,
Aquac ferv. sesquilibram.
Bulliant paullisper, tum cola et exhibe.

Decoctum hbae gratiolae.

Rp. Hbae gratiolae drach. duas,
Aquae comm. libram.
Coque leniter. Sub finem coctionis adde
Sem. foeniculi cont. drachmam.
Digere per quadrantem horae. Liq. col. unc. octo exhibe.

Decoctum hbae violae tricoloris.

Rp. Hbae violae tricol. semunciam,
Aquae comm. sesquilibram.
Coque leniter, donec rem. liq. col. libra.
Eodem modo paretur.

Decoctum sem. lini.

Decoctum hordei.

Rp. Hordei integri unc. duas,
Aquae comm. libras quatuor.
Coque, donec rem. dimidium. Liq. col. adde
Syrupi comm. unc. duas,
Aceti crudi semunciam.
Misce.

Decoctum lichenis islandici.

Rp. Lichenis islandici semunciam,
Aquae ferv. libram.
Digere per quadrantem horae.
Aqua effusa, lichenem fortiter expressum coque ex
Aquae comm. libra, donec rem. dimidium; cui adde

Solutionis succi glycyrrhizae drachmam.
Misce.

Decoctum lignorum.

Rp. Specierum ad decoctum lignorum unc. duas,
Aquae ferv. libras sex.
Digere per horas duodecim; tum ex eadem aqua decoque ad dimidias. Liquorem cola et retrimenta exprime fortiter.

Decoctum malthi.

Rp. Malthi hordei cont. unc. tres,
Aquae comm. libras tres.
Coque, donec rem. liq. col. librae duae. Tum adde
Aceti crudi sescunciam.
Misce.

Decoctum rad. althaeae.

Rp. Rad. althaeae drach. duas,
Aquae comm. unc. octo.
Coque leniter, donec rem. liq. col. unc. sex. Tum adde
Mellis comm. semunciam.
Misce.

Decoctum rad. colombo.

Rp. Rad. colombo drach. tres,
Aquae comm. unc. novem.
Coque leniter, donec rem. liq. col. unc. sex.

Decoctum rad. graminis.

Rp. Rad. graminis conc. selibram,

Aqua comm. libras sex.
Coque igne lento, donec rem. liq. col. dimidium.

Decoctum rad. hellebori.

Rp. Rad. hellebori (nigri) drach. duas,
Aquae ferv. unc. septem.
Bulliant paullisper; tum cola et adde
Solutionis succi glycyrrhizae drachmam.
Misce.

Decoctum rad. salep.

Rp. Pulv. rad. salep. gr. quindecim,
Aquae comm. frigidae cochlear plenum.
Subactis affunde
Aquae ferv. unc. septem.
Bulliant paullisper; tum cola et exhibe.

Decoctum rad. taraxaci.

Rp. Rad. taraxaci unciam,
Aquae comm. libram.
Coque lento igne, donec rem. liq. col. dimidium, retrimentis etiam fortiter expressis.

Decoctum sem. lini cum kali nitrico.

Rp. Decocti sem. lini selibram,
Kali nitrici puri,
Solutionis succi glycyrrhizae, utriusque drachmam.
Misce.

Electuarium anthelminticum.

Rp. Pulv. sem. tanaceti,
„ rad. filicis maris,

Pulv. rad. valerianae,
" " ialapae, singulorum drach. duas.
Mellis comm. q. s. ut f. electuarium.

Electuarium e senna.

Rp. Pulv. fol. sennae,
Kali bitartarici puri,
Aquae comm., singulorum drach. duas,
Syrupi comm. unciam.
Misce.

Elixirium e succo glycyrrhizae.
(*Elixirium pectorale*).

Rp. Solutionis succi glycyrrhizae unc. duas,
Aquae comm. unc. quatuor,
Liquor. ammonii anisati sesquidrachmam.
Misce.

Emplastrum adhaesivum.

Rp. Olei olivarum comm. libras sex.
Ad bullitum olei calefactis, sensim admisce
Lithargyri praeparati unc. quadraginta quatuor.

Spathula lignea semper agitando et pauxillum aquae comm. saepius instillando, coque igne lento, usque ad iustam emplastri spissitudinem et perfectam lithargyri exstinctionem. Tum emplastrum, lento igne semper agitando, coquere perge, ut aqua omnino evaporet et paullum emplastri in prunas coniectum, sine ullo crepitu deflagret. Tunc adde

Resinae pini burgundicae, antea liquefactae et evaporatione, ab aqua et oleo terebinthinae inhaerente, liberatae, uncias quinquaginta quinque. Massam denuo coque ad ignem moderatum, semper agitando, donec spuma, in superficie emicans minuatur et massa liquata fuscum receperit colorem.

Emplastrum stibiatum.

Rp. Kali tartarici stibiati drach. duas,
Empl. adhaesivi unciam.
Malaxando misce.

Emulsio cannabina.

Rp. Sem. cannabis semunciam,
Amygdalarum amar. scrupulum,
Aquae comm. q. s. ut f. emulsio, selibram pondo.
Colatae adde
Sacchari crudi drach. tres.
Misce.

Emulsio papaverea.

Rp. Sem. papaveris unciam,
Aquae comm. q. s. ut f. emulsio, selibram pondo.
Colatae adde
Sacchari crudi drach. tres.
Misce.

Ferrum cyanatum.

Rp. Ferri trichlorati ([3]) q. v.

([3]) *Ferrum trichloratum (v. sesquichloratum v. F. muriaticum oxydatum)* ita praeparatur:

Solve in

Aquae fontanae vicies vel tricies tanto.

Liquori colato adde

Solutionem kalii ferrato-cyanati (kali ferrato-hydrocyanici), donec nil amplius materiae caeruleae ex illo subsidit. Cola, sedimentum ablue et siccatum in pulverem redige subtilissimum.

Pulvis est caeruleus, odoris saporisque expers, neque in aqua, neque in spiritu vini solubilis. Solutione kali caustici affusa, statim in elementa redigitur, coloremque suum perdit, ferrum oxydatum hydratum et kalium ferrato-cyanatum praebens.

Ferrum oxydatum hydratum.

Paretur imprimis liquor ferri trichlorati, aut solvantur crystalli ferri trichlorati, aut recipiatur mu-

Rp. Scobis ferri q. v.

Solve leni calore in

Acidi muriatici concentrati q. s.

Cola et liquori adde

Acidi muriatici antea recepti dimidium.

Incalescat liquor in vase amplo, ita ut non omnino effervescat et instilletur illi pedetentim

Acidum nitricum,

donec vapores acidi nitrosi rutili, non amplius inter effervescendum evadant, et liquoris guttae aliquot, aqua dilutae, instillato kalio ferrato-cyanato, badium, non vero caeruleum tingantur.

Liquorem ferri trichlorati, ita paratum, evapora lenissimo calore, optime in balneo aquae ad spissitatem syrupi. Si forte inter evaporandum, igne aperto nimisque aucto, acido muriatico emanante, ferrum oxydatum hydratum subsidat,

ria crystallizationis hujusce. Dein dilue liquorem aqua destillata simplici et affunde liquorem ammonii caustici tamdiu, donec ille materiam fuscam non amplius dimittat et ammonium in eodem ipso liquore abundet.

Sedimentum istud, puta ferrum oxydatum hydratum, ablue aqua pura, quousque haec ab argento nitrico turbatur.

Huic massae, adhuc humidae, non siccatae, admisce aquae fontanae q. s., ut pulticulam tenuem, ferme liquidam exhibeat, in vase vitreo firmiter obturato asservandam. Si forte interiecto tempore, pars aquae fuerit evaporata, tum haec compensetur admista nova eius portione, ita ut medicamentum istud, semper tenuis instar pulticulae sit. Tanta autem ipsius portio in officinis prostet oportet, ut minimum uncias 12—18 valeat.

Puls illa tenuis, fusca, odore saporeque carens, tantum ferri oxydati hydrati continere debet, ut scrupulis illius duobus exsiccatis, grana tria oxydi remaneant; quod efficitur, si sedimentum e tribus unciis ferri sulphurici puri, acidi nitrici ope oxydatis ([4]),

denuo illud solve, acido muriatico liquori caute admisto. Ille ipse coactus, seponatur in vase tecto et loco tepido, ut in crystallos concrescat, atque hi serventur in vase vitreo firmiter obturando.

([4]) Ferro sulpharico in aqua destillata fervente dissoluto, affundendo sensim liquori calido acidum nitricum, tamdiu, quam

obtentum, ea aquae portione miscetur, ut omnis massa libram pondo valeat. Haec, adfuso ipsi acido muriatico, omnino liquescat et liquor iste omnes notas ferri muriatici oxydati prae se ferat necesse est.

Gargarisma boraxatum.

Rp. Natri boracici drach. duas,
Infusi hbae salviae libram,
Mellis comm. unciam.
Misce.

Hydrargyrum biiodatum.

Rp. Hydrargyri bichlorati q. v.
Solve in
Aquae destill. simpl. q. s. et liquorem aequali portione aquae destill. *dilue*. Tum adde.
Solutionem kalii iodati in aqua destill., paullum dilutam, quamdiu materia coccinea subsidit; cavendo tantum, ne nimium kalii iodati admisceatur. Sedimentum ablutum, calore temperato siccatum et in pulverem tritum serva.

Pulvis est coccineus, odoris saporisque expers, in aëre immutabilis. Calore acuto liquescit, coloremque luteum accipit, tum avolat, atque vapores, vase quodam frigido excepti, idem ipsum praebent hydrargyrum biiodatum. In aqua non dissolvitur, sed in spiritu vini, praesertim fervente. Diffluit tamen in

vapores acidi nitrosi ex eo erumpunt et liquor a Kalio ferrato-cyanato rufatur.

illa adiecto kalio iodato vel hydargyro bichlorato. Ab acido nitrico in elementa sua redigitur, eaque singularibus speciebus conspicua fiunt.

Hydrargyrum iodatum.

Rp. Hydrargyri puri unciam,
Iodi drach. quinque.

Spiritu vini humectata, tere in mortario lapideo, donec globuli mercuriales penitus evanuerint; curando, ut massa terenda semper humida sit. Siccatum serva in vase clauso et loco obscuro.

Pulverem exhibet prasinum, odore et sapore carentem. A luce austeriorem accipit colorem. Calore aucto liquescit et in vapores dissipatur. In aqua et spiritu vini non diffluit, ab acido nitrico vero dissolvitur.

Infusum bacarum iuniperi.

Rp. Bacar. iuniperi cont. semunciam,
Aquae ferv. q. s.

Digere per semihoram. Liquor colatus unc. octo valeat oportet.

Eodem modo paretur.

Infusum hbae cardui benedicti,
Infusum hbae salviae et
Infusum specierum pectoralium.

Infusum flor. arnicae.

Rp. Flor. arnicae drach. duas,
Aquae ferv. q. s.

Digere per semihoram. Liquor colatus selibram valeat.

Infusum flor. sambuci.

Rp. Flor. sambuci drach. duas,
Aquae ferv. q. s.

Digere per quadrantem horae. Liquor colatus selibram valeat.

Eodem modo paretur

Infusum hbae menthae piperitae,
Infusum hbae millefolii,
Infusum hbae trifolii,
Infusum rad. acori calami,
Infusum rad. angelicae et
Infusum rad. valerianae; item
Infusum rad. senegae et
Infusum sem. phellandrii,

adiecta utrique: solutionis succi glycyrrhizae drachma.

Infusum flor. chamomillae.

Rp. Flor. chamomillae vulgaris drach. duas,
Aquae ferv q. s.

Digere per quadrantem horae. Liquor colatus unc. octo valeat.

Eodem modo paretur

Infusum hbae absinthii.

Infusum fol. sennae compositum.

Rp. Fol. sennae drach. duas,
Sem. foeniculi cont. drachmam,

Aquae ferv. q. s.

Digere per semihoram. In liquore colato unc. quatuor pondo, solve

Natri sulphurici drach. sex.

Adde

Syrupi comm. semunciam.

Misce.

Linimentum ex aqua calcis.

(Linimentum ad ambusta).

Rp. Olei lini,

Aquae calcis, utriusque unc. duas.

Misce.

Linimentum ammoniatum.

Rp. Saponis domestici drachmam.

Solve in

Aquae ferv. drach. sex.

Adde

Liquor. ammonii caustici drach. tres.

Misce f. linimentum.

Linimentum ammoniato-camphoratum.

Rp. Linimenti ammoniati unciam,

Camphorae semidrachmam,

solutae in

Spir. vini rfti scrup. duobus.

Misce f. linimentum.

Liquor ammonii acetici.

Rp. Ammonii carbonici drach. duas,

Aceti crudi unc. quatuor et semis,— vel q. s. ad saturandum.

Cola et serva.

Liquor antimetrorrhagicus.

Rp. Mixturae sulphurico-acidae,

Tinct. cinnamomi, utriusque drach. duas,

„ opii crocatae drachmam.

Misce.

Liquor belladonnae cyanicus. (HUFELANDI).

Rp. Extr. belladonnae gr. quatuor.

Solve in

Aquae amygdalarum amar. semuncia.

Misce.

Liquor calcis chloratae.

Rp. Calcis chloratae drach. duas,

Aquae fluviatilis libram.

Solve et cola.

Liquor causticus (FREYBERGI).

(*ad delenda condylomata*).

Rp. Hydrargyri bichlorati drachmam,

Camforae semidrachmam.

Solve in

Spiritus frumenti rftiss. uncia.

Misce. D. in laguncula, charta nigra vestita.

Liquor discutiens.

(*pro aqua vulneraria*).

Rp. Aceti crudi libras duas,

Spiritus frumenti rfti. libram.

Misce.

Liquor kali acetici.

Rp. Kali carbonici puri drach. duas,

Aceti crudi unc. quatuor,—vel q. s. ad saturandum.

Cola.

Liquor kali tartarici stibiati.

(*Aqua emetica v. A. stibiata*).

Rp. Kali tartarici stibiati gr. tria,

Aquae comm. unc. tres.

Solve.

Liquor kalii iodati.

Rp. Kalii iodati scrupulum,

Natrii chlorati drachmam,

Aquae destill. simpl. libram.

Solve.

Liquor natri arseniosi (HARLETIS).

Rp. Acidi arseniosi semidrachmam,

Aquae destill. simpl. selibram.

Digere in vase vitreo clauso, in balneo arenae per horas sex.

Tum adde

Natri carbonici puri semidrachmam,

antea in

Aquae cinnamomi simpl. unc. duabus solutam.

Digere denuo per aliquot horas (hieme prope fornacem, — ne tamen aestuet — aestate in

sole), tum cola et liquori iterum adde tantum Aquae cinnamomi simpl., ut totus unc. octo valeat. Serva in loco temperanter calente.

Nota. Singula huius liquoris gutta, continet circiter partem $\frac{1}{140}$ grani arsenii et ferme tantundem natri, sive circiter $\frac{1}{70}$ grani natri arseniosi. In denis guttis inest circiter $\frac{1}{14}$ grani acidi arseniosi; in singula vero drachma, granum ipsius.

Liquor natri sulphurici.

Rp. Natri sulphurici crystallini unciam,
Aquae comm. selibram.
Solve.

Liquor plumbi acetici.
(pro aqua saturnina).

Rp. Plumbi acetici crudi semidrachmam,
Aquae comm. libram.
Solve.

Mel boraxatum.

Rp. Natri boracici drachmam,
Mellis comm. unciam.
Misce.

Mucilago cydoniorum.

Rp. Sem. cydoniorum drachmam,
Aquae destill. simpl. unc. octo.
Macera per aliquot horas, interdum agitando, tum cola.

Oleum camphoratum.

(*pro spiritu camphorato*).

Rp. Camphorae drachmam,
Olei lini venalis unciam.
Solve terendo.

Oleum ricini artificiale.

Rp. Olei rapae unciam,
„ crotonis guttam.
Misce.

Pilulae ex ammoniaco.

Rp. Ammoniaci puri,
Pulv. succi glycyrrhizae, utriusque drach. duas,
Sulphuris stibiati lutei gr. duodecim.
Fiant l. a. cum
Aquae comm. aliquot guttis
pilulae 80, sem. lycopodii conspergendae.

Pilulae ex asa foetida.

Rp. Asae foetidae purae,
Acidi phosphorici puri, utriusque drachmas duas,
Pulv. hbae sabinae drachmam,
„ rad. althaeae q. s.
ut f. pilulae 120, sem. lycopodii conspergendae.

Pilulae e ferro carbonico.

Rp. Ferri sulphurici crystallini drach. duas,
Natri bicarbonici drach. tres,
Pulv. gummi mimosae scrup. quatuor.

Misce; f. l. a. pilulae **120**, sem. lycopodii conspergendae.

Pilulae guaiacinae.

Rp. Resinae guaiaci nativae drach. duas et semis,
Saponis medicati sesquidrachmam,
Sulphuris stibiati lutei gr. duodecim,
Spiritus frumenti rfti q. s.
ut f. pilulae **120**, sem. lycopodii conspergendae

Pilulae ex hydrargyro bichlorato.

Rp. Hydrargyri bichlorati gr. decem.
Solve in
Aquae destill. simpl. gutt. aliquot.
Adde
Opii crudi gr. quinque,
Pulv. rad. glycyrrhizae scrup. quatuor,
Succi glycyrrhizae crudi drach. duas.
Misce exactissime; f. **100** pilulae, sem. lycopodii conspergendae.

Nota. Denae pilulae continent granum hydrargyri bichlorati et semigranum opii.

Pilulae ex hydrargyro chlorato.

Rp. Hydrargyri chlorati scrupulum,
Pulv. rad. glycyrrhizae drachmam,
„ succi „ scrup. quatuor,
Aquae comm. q. s.
ut f. pilulae 80, sem. lycopodii conspergendae.

Nota. Quaternae pilulae continent granum calomelanos.

Pilulae ex hydrargyro oxydato rubro.

Rp. Hydrargyri oxydati rubri scrupulum,
Succi glycyrrhizae crudi scrup. octo,
Aquae destill. simpl. q. s.
ut f. pilulae 160, sem. lycopodii conspergendae.

Nota. In octonis pilulis, granum hydrargyri oxydati rubri inest.

Pilulae opiatae.

Rp. Opii crudi gr. decem,
Pulv. rad. glycyrrhizae
„ succi „ utriusque scrup. duos.
Aquae comm. q. s.
ut f. pilulae 40, sem. lycopodii conspergendae.

Nota. In quaternis pilulis inest granum opii.

Potio ex ammonio muriatico simplex.
(*Mixtura solvens simplex*).

Rp. Ammonii muriatici puri drach. duas,
Aquae comm. unc. decem,
Solutionis succi glycyrrhizae semunciam.
Misce.

Potio ex ammonio muriatico stibiata.
(*Mixtura solvens composita*).

Rp. Potionis ex ammonio muriat. simpl. portionem unam,
Kali tartarici stibiati granum.
Misce.

Potio analeptica (HUFELANDI).

Rp. Sacchari crudi unciam.
Subige
Vitellis ovorum duorum.
Tum affunde
Aquae comm. libras duas,
Spiritus frumenti rfti unc. duas.
Adde
Pulv. caryophyllorum semidrachmam.
Misce.

Potio diaphoretica.

Rp. Infusi flor. sambuci portionem unam,
Liquor. ammonii acetici,
Mellis comm., utriusque unciam,
Aceti crudi semunciam.
Misce.

Potio e kali nitrico.
(Potio antiphlogistica).

Rp. Kali nitrici puri drach. duas,
Aquae comm. unc. octo,
Syrupi comm. semunciam.
Misce.

Potio sulphurico-acida.

Rp. Mixturae sulphurico-acidae drachmam,
Aquae comm. selibram,
Sacchari crudi drach. sex.
Misce.

Pulvis ex acido tartarico.

Rp. Acidi tartarici drach. duas,
Sacchari crudi unc. tres.
Misce in mortario lapideo.

Nota. Portio singula huius pulveris circiter semidrachma est, aliquoties in die danda.

Pulvis aërophorus.

Rp. Natri bicarbonici gr. quindecim,
Acidi tartarici gr. quatuordecim,
Sacchari crudi gr. decem.
Misce. Dentur tales portiones q. l.; pro re nata, singulis vel binis horis interpositis exhibendae.

Pulvis anthaemorrhoidalis.

Rp. Sulphuris puri semunciam,
Kali bitartarici puri,
Sacchari crudi, utriusque unciam.
Misce, f. pulvis.

Pulvis antiphlogisticus (Hufelandi).

Rp. Kali nitrici puri,
„ sulphurici, utriusque drach. duas,
„ bitartarici unciam.
Misce, f. pulvis.

Nota. Portio singula hujus pulveris est ligula eius plena, binis vel ternis horis interpositis danda.

Pulvis camphoratus.

Rp. Camphorae gr. duo,
Pulv. gummosi gr. decem.

Misce f. pulvis. Dentur tales portiones q. l., eaeque totae, vel tantum dimidiae aegrotis praebeantur.

Pulvis chinae cum cinnamomo.

(*Pulvis febrifugus*).

Rp. Cort. chinae regii semidrachmam,
Cassiae cinnamomeae gr. quinque.
Misce, f. pulvis. Dentur tales portiones q. l.

Pulvis glycyrrhizae compositus.

(*Pulvis pectoralis*).

Rp. Rad. glycyrrhizae unc. duas et semis,
Sulphuris puri,
Sem. foeniculi, utriusque unciam,
Fol. sennae semunciam.
Misce, f. pulvis.

Nota. In singula huius pulveris drachma, insunt sulphuris grana duodena, fol. sennae grana sena. — Portio eius singula: scrupulus vel semidrachma.

Pulvis ex hydrargyro chlorato cum sulphure stibiato luteo.

(*Pulvis alterans* Plummeri).

Rp. Hydrargyri chlorati,
Sulphuris stibiati lutei, utriusque granum,
Pulv. gummosi gr. decem.
Misce, f. pulvis. Dentur tales portiones q. l.

Pulvis ex hydrargyro chlorato cum ialapa.

(*Pulvis purgans*).

Rp. Hydrargyri chlorati gr. quinque,
Rad. ialapae semidrachmam.
Misce, f. pulvis.

Pulvis ex hyoscyamo cum sulphure stibiato luteo.

(*Pulvis becchicus*).

Rp. Extr. hyoscyami gr. octo,
Sulphuris stibiati lutei gr. quatuor,
Sacchari crudi scrup. quatuor.
Misce, f. pulvis, in octo partes aequaliter dividendus.

Nota. Singula portio, tota vel dimidia danda.

Pulvis ipecacuanhae opiatus.

(*Pulvis* Doweri).

Rp. Rad. ipecacuanhae,
Opii crudi, utriusque drachmam,
Kali sulphurici unciam,
Sacchari crudi drach. decem.
Misce exactissime, cauteque secundum leges pharmaceuticas serva.

Nota. Singulus huius pulveris scrupulus, granum opii continet.

Pulvis ipecacuanhae stibiatus.

Rp. Rad. ipecacuanhae scrupulum,
Kali tartarici stibiati granum.
Misce, f. pulvis.

Pulvis e kali tartarico stibiato.

(Pulvis emeticus).

Rp. Kali tartarici stibiati gr. tria,
„ bitartarici scrupulum.
Misce, f. pulvis.

Pulvis magnesiae cum rheo (Hufelandi).

(Pulvis puerorum).

Rp. Magnesiae carbonicae semunciam,
Rad. rhei drachmam,
„ valerianae gr. quindecim,
Elaeosacchari foeniculi drach. duas.
Misce, f. pulvis.

Pulvis rhei compositus.

Rp. Rad. rhei q. l.
Kali sulphurici triplum.
Misce, f. pulvis. — Portio singula: scrupulus vel semidrachma.

Pulvis scillae cum natro carbonico.

(Pulvis diureticus).

Rp. Rad. scillae siccat. gr. sex,
„ acori calami,
Natri carbonici sicci, utriusque semidrachmam,
Sacchari crudi drach. duas,
Olei bacarum iuniperi gutt. novem.
Misce, f. pulvis, in sex partes aequaliter dividendus.

Pulvis senegae gummosus.

Rp. Rad. senegae,
Pulv. gummosi, utriusque gr. decem.
Misce, f. pulvis. Dentur tales portiones q. l.

Saturamen kali carbonici.

Rp. Kali carbonici puri drachmam,
Aceti crudi q. s. ad saturandum,
Aquae comm. unc. quatuor,
Syrupi comm. semunciam.
Misce.

Sinapismus.

Rp. Farinae sinapis unc. duas,
Aquae comm. calidae q. s. ut f. massa mollis.

Solutio succi glycyrrhizae.

Rp. Succi glycyrrhizae crudi, in particulas minutas dissecati, unc. tres.
Solve, leniter coquendo in
Aquae comm. q. s., ut liquoris colati, retrimentis antea expressis, obtineatur selibra. Liquori refrigerato adde
Spiritus frumenti rfti drachmam.

Nota. Huius liquoris drachmae ternae, continent succi glycyrrhizae puri circiter drachmam.

Species aromaticae.

Rp. Hbae absinthii,
„ rorismarini,
„ serpylli,

Flor. lavandulae,
Rad. acori calami, singulorum partes aequales.

Species ad decoctum lignorum.

Rp. Ligni guaiaci discobinati libras duas,
Caul. dulcamarae,
Rad. caricis arenariae, singulorum libram,
„ glycyrrhizae,
Turionum pini, singulorum selibram,
Fol. sennae unc. tres.
Concisa misce.

Species ad infusum pectorale.

Rp. Rad. althaeae,
Fol. farfarae, singulorum libras duas,
Rad. glycyrrhizae libram,
Sem. foeniculi unc. quatuor.
Concisa, contusa misce.

Spiritus saponatus.

Rp. Saponis hispanici albi discobinati selibram,
Spiritus frumenti rfti sesquilibram,
Aquae destill. simpl. selibram.
Solve digerendo et cola.

Spongia gummata.

Rp. Spongiae marinae mollis q. v.
Aqua calida ablutam, coque in
Acidi muriatici, decuplo aquae comm. diluti, q. s
donec omnes calculi, in ea inhaerentes, dissoluti fuerint.

Aqua communi iterum lotam atque siccatam, immerge in

Mucilaginem gummi mimosae.

Hac emollita, deinceps expressa, filo spisse constringatur atque suspendatur, ut siccescat. Denique siccatam serva in vase bene obturato, ne humorem aëris attrahat.

Suffitiones chlori.

Rp. Calcis chloratae siccae q. l.

Hanc perfunde paullatim

Acido muriatico crudo tamdiu, quam aër chloricus ex ea evadit.

Tinctura diuretica.

Rp. Olei bacarum iuniperi scrupulum,

Spiritus muriatico-aetherei,

Tinct. digitalis, utriusque drach. duas.

Misce.

Unguentum antipsoricum britannicum.

Rp. Pulv. kali nitrici crudi gr. quindecim,

„ rad. veratri albi semunciam,

Flor. sulphuris (non lotorum),

Saponis nigri, utriusque sescunciam,

Adipis suilli unc. quatuor et semis.

Misce, f. unguentum.

Unguentum cantharidum.

Rp. Cantharidum contusarum unciam,

Adipis suilli unc. quatuor.

Mixta digere in balneo aquae, per horas duodec.

Liquori colato uncias tres pondo, adde

Cerae flavae sescunciam.

Liquando lento igne et agitando fiat unguent.

Unguentum hydrargyri ammoniato-muriatici.

Rp. Hydrargyri ammoniato-muriatici drachmam,

Adipis suilli loti unciam.

Misce, f. unguentum.

Unguentum irritans cum hydrargyro.

Rp. Unguenti basilici semunciam,

Hydrargyri oxydati rubri,

Pulv. cantharidum, utriusque drachmam.

Misce.

Unguentum kalii iodati.

Rp. Kalii iodati drachmam,

Adipis suilli loti unciam.

Tere in mortario lapideo; f. unguentum.

Unguentum ophthalmicum GUTHRII.

Rp. Argenti nitrici crystallini, subtiliter triti, gr. tria,

Adipis suilli loti drachmam,

Aceti plumbici gutt. quinque.

Misce exactissime; f. unguentum.

Unguentum ophthalmicum (rubrum) RUSTII.

Rp. Hydrargyri oxydati rubri gr. tria,

Unguenti simpl. drachmam,

Tinct. opii crocatae,

Aceti plumbici, utriusque gutt. quinque.
Misce exactissime, donec omnis humor evanuerit.

Unguentum picis liquidae.

Rp. Picis liquidae unciam,
Adipis suilli unc. duas.
Misce, f. unguentum.

Unguentum rorismarini compositum.
(Unguentum nervinum).

Rp. Cerae flavae semunciam,
Adipis suilli sescunciam.
Liquefactis et paullum refrigeratis admisce
Olei rorismarini,
Ammonii carbonici, utriusque drach. duas.
Mixta serventur.

Unguentum simplex.

Rp. Adipis suilli unc. septem,
Cerae flavae unciam,
Lento igne liquatis, f. unguentum.

Unguentum sulphurato-kalinum (Aliberti).

Rp. Kali carbonici (e cineribus clavell.) triti unciam,
Flor. sulphuris (non lotorum) unc. duas,
Adipis suilli unc. quatuor.
Misce, f. unguentum.

Unguentum sulphurato-saponatum (Hornii).

Rp. Flor. sulphuris (non lotorum) unciam,
Saponis nigri unc. duas,

Aquae comm. calidae q. s.
ut f. unguentum molle.

Uwaga. Przepisując lekarstwa złożone, niniejszą Farmakopeją objęte, dosyć będzie wypisać nazwisko lekarstwa, z dodaniem skróconych wyrazów *Ph. nos.*, a zamiast oznaczenia wagi onego, wyrazić literami ilość ogólną, mającą być wziętą. Tak np. *Rp. Decocti cort. chinae Ph. nos. portionem unam*, znaczy: że aptekarz wydać ma ośm uncyj odwaru kory peruwijańskiéj; — albo *Rp. Decocti caul. dulcamarae Ph. nos. portionem dimidiam*, znaczy: że aptekarz wydać winien ośm uncyj rzeczonego odwaru.

